

2. Comminatio prima & dilatio pœ-  
næ. ver. 3.  
3. Deplorata hominum peruicacia.  
ver. 4.  
4. Comminatio altera vniuersalis  
excidii. ver. 5. 6. 7.  
5. Noach laudata pietas & familia.  
ver. 8. 9. 10.  
6. Consummata totius orbis per-  
uerfitas & nequitia. ver. 11. 12.  
In altera parte.
1. Comminatio tertia vniuersalis ex-  
cidii. ver. 13.  
2. Mandatum fabricandæ arçæ No-  
ach datum. ver. 14.  
3. Forma arçæ. ver. 15. 16.  
4. Comminatio extrema vniuersa-  
lis diluuii. ver. 17.  
5. Promissio de Noach cum familia  
& animalium reliquiis in arca feruando  
ver. 18. 19. 20. 21.  
6. Fides & obedientia Noach. v. 22.

## PRIMA PARS CAPITIS

Causæ *αἰτίας* vniuersalis excidii.

- 1 Factum est autē, cum cœpissent homines multiplicari in superficie terra, filiaq; nata essent eis:  
2 Ut viderent filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ: & acciperent sibi vxores ex omni-  
bus, quas eligerent.

## EXPLANATIO.

**H**ic incipit Moyses causas *αἰτίας* describere diluuii, quo totus mundus absorptus fuit octo hominibus & paucis animalibus relictis, quoque nullum horribilius iræ suæ exemplū Deus vnquam edidit. Causæ autem fuerunt intoleranda hominum scelera, in quæ qua occasione & quando prolapsa adeo degenerauerit etiam sanctorū patrum posteritas, hoc primo versu innuitur.

Prima occasio fuit multiplicatio hominum in terris. Fuerat ea quidem singularis Dei benedictio. Sed vt solent hominum vitio res optimæ rapi in abusum & abusu medicina verti in venenum: ita etiam, benedictio versa est in maledictionem. Crescente enim hominum multitudine simul creuit licentia scelerum atque nequitia: In multitudine siquidem confusio est, vt habet prouerbum: *Difficilius multi legum repagulis in officio continentur quam pauci. Sic profecto vsu venit (inquit Ambrosius) vt paucitatis hominum atq; paupertatis comes fere sit industria & frugalitas: multitudinis vero & opulentia socordia & nequitia.*

Hæc multiplicatio nō cœpit demum tempore Noach, sed paulatim inde ab

**B** Adam creuerat, tandē inuecta polygamia per vniuersum terrarum orbem in immensum sese dilatauerat, q̄ maxime factū videtur temporib. Lamech illius digami, qui prauo exemplo non modo alios Kainitas, sed & posteros Seth seduxit. Tunc etiam cœpit mundi apostasia à religione, pietate, & virtute maiorum. Cum cœpissent multum generare, cœperunt degenerare. Iosephus scribit post septimā generationem, hoc est, Henochi tempora, posteros à patriis institutis degenerasse, nec diuina nec humana iura seruantes, nec Deo cōsuetos honores perfoluētes, & qui prius certatim virtutes exercuerant, postea duplo maiori studio malitiam consecratos esse. Itaq; Deum infensum sibi reddidisse.

**A** Altera occasio fuit multiplicatio fœminarum, & quidem formosarum. *Cum filia nata essent eis: nempe plurimæ & formosæ, vt est ver. 2. Etiam forma bonum est naturæ & Dei donum, sed fragile & subdolum, præsertim in fœminis, quoniam esse solet libidinum fomes vel irritamentum. Formosulæ igitur fœminæ elegantia sua illiciebant mares in sui amorem atque concubitus, & fiebant organa*

*Ambrosii lib. de Arca & Nocha cap. 3.*

*Tempus de generationibus.*

*Lib. 1. cap. 4.*

691  
regna fœdarum  
occasionalis, sequi  
2. VT VIDI  
FILIAS HOMI  
nit considerand  
vel Deorum, iux  
principum, m  
Nam indices, p  
cantur eorum in  
Psal. 82. ver. 1. 6.  
capum. Meretur  
fœ angulos, Lacta  
tribuit hanc in  
priorum Sy  
pogon retinuit.  
partum intelligu  
Priores senten  
hor, quoniam non  
& magnatum tan  
tholico loquitur  
nibus fuit attra  
esse vxores nim  
que propter pe  
mnes, sed ipsi a  
Filiigitur Dei in  
parum: Filia a  
profana Kainita  
Etia Moyses oſt  
genus hæctenus  
partes, vt alii eiſ  
deſta, alii filii ho  
mundani. Tun  
mſcua horum c  
hæct, poſteri  
cum populus D  
mſcunt ſe c  
teorum, in c  
dærigone pat  
pentiones Et  
promſcuis nup  
tu impietatem  
tu contemptu  
tu in toto mu  
VIDER V  
ITICHR. E.  
taque eſt Gen  
luna eſt arbor a